



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Eodem die & ad Regem & ad Populum dicit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

potuit magis probari Ferdinando; tamen optimus Princeps priuato studio suo commoditate anteponebat publicam, ita salubrem populo vniuerso facundiam noluit Aulæ septis includi, & vnicuique alligari suggesto. Iussu itaque in templo principe ad multitudinem, quæ frequentissimè confluebat, ordinarias conciones habere, idem ad se extra ordinem aduocabat: vnde Canisij labor geminabatur. Quibus enim diebus (ne infrequentes erant) aduocabatur, iis præcolaboriosus ne populum fraudaret, vix vna dictione perfunctus, progrediebatur ad alteram: deinceps que apud Regem, & apud populum euangelice personabat tuba: vnde eius quoque caritas apud bonos; & apud omnes nomen increbrescebat: illud quoque mirantes, qui nam vires non modo corporis, sed & ingenij, & iudicij ad meditando eodem tempore tam diuersi generis disputationes sufficerent, vt grauissimæ illic Curia, hic populari concioni summopere probaretur. Dabat autem vtrobique ille operam, vt recte sentientium iuxta corrigeret mores, ac delirantium Hæreticorum dolos, ac fraudes redargueret. Et quoniam ex despicientia Apostolicæ sedis, Romaniq; Pontificis

*Eodemq; die  
& ad Regem,  
& ad Popu-  
lum dicit.*